



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

84. De incontinentia Sacerdotum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De continentia Sacerdotum. *Ex Concilio Neocæsariensi cap. 1.*

Burchard. lib.
2. c. 108. **LXXXIV.** Presbyter si uxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. Simil modo etiam Diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerij subtrahatur.

Concil. Neo-
caesar. c. 10.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

Concil. Neo-
caesar. c. 9. **LXXXV.** Presbyter si præoccupatus corporali peccato confessus fuerit de se quod ante ordinationem deliquerit, oblata non consecrat, manens in reliquis officiis propter studium bonum. Quod si de se ipse non fuerit confessus, & argui manifestè nequiverit, protestati sui judicij relinquatur.

Burchard. lib.
2. c. 49.

De eadem re. *Ex canonibus Apostolorum.*

Canon. Apost.
c. 25. **LXXXVI.** Presbyter aut Diaconus qui in fornicatione aut perjurio aut furto aut homicidio captus est, deponatur, non tamen communione privetur. Dicit enim scriptura: *Non judicat Dominus bis.*

Burchard. lib.
2. c. 189. lib.
37. c. 39.

I T E M .

LXXXVII. Sacerdotes Domini & Diaconi vel quicunque sacramenta contrectant, pudicitiae custodes ab uxoribus se abstineant.

De eadem re.

Burchard. lib.
2. c. 118.

LXXXVIII. Præterea, quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omnino